

pro nomine christi persecutiones grauissimas
 ptulerunt: que in isto psalmo aptissime ppheta-
 tant. In diuersis enim passionibus constituti
 orabant pro ecclesia ne infructuosus esset po-
 sterus sanguis illorum: ut diuina seges vni-
 uersi eam putauerunt perituram inde veraci-
 pollularet. Filios quippe mortificatorum di-
 cit: qui non solum non sunt territi precedentium
 passionibus: sed in eius pro cuius nomine passos
 eos nouerunt exhortate illorum gloria ad imi-
 tandum accensi copiosissimis agminibus cre-
 diderunt: Ideo dixit: Secundum magnitudinem
 brachii tui. Res enim tam magna secuta est in
 populo christianis: ut eam qui se aliquid pfe-
 quendo proficere putabant: nullo modo crede-
 rent securam. **Redde: inquit: vicinis
 nostris septies tamen in sinu eorum.**
 Non mala optat: sed iusta pronunciat: et futura
 pphetat. Septenario autem numero: id est se-
 ptupla retributione perfectione pene vult in-
 telligi: quia isto numero plenitudo significari
 solet: vni et illud est in bonis: Accipiet in hoc
 seculo septies tamen: quod positum est pro omnibus
 quasi nihil habentes et omnia possidentes. Vici-
 nos dicit: quia in illos habitat ecclesia usque
 in die separationis. Non enim modo fit discessio
 corporalis. In sinu eorum dicit vtiq; nunc in
 occultis: ut vindicta que in hac vita agit in
 occulto: post innotescat in nationibus ante oculos
 nostros. Homo namque cum datur in repro-
 bationem sensum in interiore sinu accipit suppliciorum
 meritum futurorum. **Opprobrium eorum
 quod exprobrauerunt tibi domine.** Hoc eis
 redde septuplum in sinu eorum: id est pro isto
 opprobrio eos in occultis eorum plenissime
 reprobata. Tibi enim exprobrauerunt nomen
 tuum se arbitrates in seruis tuis delere de fra-
 tre. **Nos autem populus tuus.** Generaliter
 accipiendum de omni genere piorum et verorum
 christianorum. Nos ergo quos perdere se posse
 putauerunt populus tuus. **Et oves gregis
 tui:** Ut qui gloriatur in domino gloriatur. **Confite-
 bimur tibi in seculo:** Alii autem codices
 habent. **Confitebimur tibi in eter-
 num.** Ex ambiguo greco facta est ista diuer-
 sitas. Quod enim habet grecus *εις τον αιωνα*
 et in eternum et in seculum interpretari potest: si pro
 loco intelligendum quid melius interpreta-
 tum sit. Sensus ergo huius loci magis mihi vi-
 detur ostendere: in seculo dici oportere: id est
 usque in finem seculi. Sequens autem versus mo-
 re scripturarum: maximeque psalmore repeti-
 tio superioris est ordine commutato: prius ha-
 bens quod ibi est posterius: et posterius quod ibi

est prius. Nam quod ibi dictum est: **Confitebimur ti-
 bi:** pro ipso hic dictum est: **Annunciabimus
 laudem tuam.** Quod itaque ibi dictum est: in se-
 culo: pro ipso hic dictum est: in generatione.
 Ista quidem generationis repetitio perpetua-
 tem significat: siue ut nonnulli intelligunt: quia
 due sunt generationes vetus et noua: sed in
 hoc fit seculo utraq; quoniam qui non renatus
 fuerit ex aqua et spiritu non intrabit in regnum
 celorum. Beinde quia in isto seculo annunciat
 laus dei: nam in futuro seculo cum vide-
 bimur eum secuti est: cui deinceps annuncietur
 non erit. Nos ergo populus tuus: et oves
 gregis tui: quas persequendo illi crediderunt se
 posse consumere: **Confitebimur tibi in seculo
 permanente vtiq; ecclesia usque in finem quam
 illi delere conati sunt.** **In generatio-
 nem et generationes: annunciabimus
 laudem tuam.** Que laus ut taceret nos si-
 nire conati sunt. Adulter autem iam locis san-
 ctarum scripturarum insinuauimus confessionem
 etiam pro laude poni: sicut est illud: hec dice-
 tis in confessione: opera domini vniuersa: quoniam
 bona valde: maximeque illud: quod ait ipse salua-
 tor: qui nullum habebat omnino peccatum quod pe-
 nitendo confiteretur: **Confiteor tibi pater do-
 mine celi et terre:** quia abscondisti hec a sapien-
 tibus: et reuelasti ea paruulis. Hoc dixit: ut
 aptius intelligat: idem esse repetitum in eo quod
 dictum est: **Annunciabimus laudem tuam:** quod
 superius dictum erat: **confitebimur tibi.**
Explicit Tractatus de psalmo LXXVIII.
Incipit Tractatus de psalmo LXXIX.
Non adeo multa sunt in hoc psal-
 mo in quibus sermo nisi patet diffi-
 cultatem vel intentio auditorum in-
 telligendi impedimentum. Proinde adiu-
 uante domino cum affectu audiendi et vi-
 dendi iam que pphetata et predicata sunt:
 tanquam eruditi in schola christi currere debe-
 mus que plana sunt: ut si forte obscura exi-
 gunt officium interpretandi ea que plana sunt
 legendi officium a me debeant flagitare.
 Cantatur hic de aduentu domini et salua-
 toris nostri Iesu christi: et de vinea eius: si
 cantat ille asaph quantum apparet illumina-
 tus atque correctus: cuius nomine nostris si-
 gnificari synagogam. Beneque titulus psal-
 mi est. **In finem pro his qui immu-
 tabuntur.** Vtiq; in melius. Quoniam chri-
 stus finis legis ideo venit: ut imutet in me-
 lius: et ait: testimonium ipsius asaph: bonus
 testimonium veritatis. Beneque testimonium
 et christum et vineam confitetur: hoc est ca-

Alia lra.
 Et
 septuplum in
 sinu eorum.

Alia lra.
 et impropertum
 ipsoz.

Alia lra.
 et pascue tue.

put et corpus: regem et plebem: pastorem et gregem: et totum omnium scripturarum mysterium christum et ecclesiam. Concludit autem titulum psalmi. Pro assyriis. Assyrii interpretantur dirigentes. Jam ergo non sit generatio que cor non dirigit suum: sed generatio iam dirigens. Ergo audiamus quid dicat in hoc testimonio.

Expositio psalmi.

Alia lra.
Tregis.
Alia lra.
Touem.

Qui pascis israel intende: Quid est: qui pascis israel intende: Qui deducis velut oves ioseph. Inuocat ut veniat: expectat ut veniat: desideratur ut veniat: ergo dirigentes inueniat. Qui deducis inquit velut oves Ioseph. Ipsi Ioseph velut oves: ipse Ioseph oves sunt: et ipse Ioseph ovis est. Audito Ioseph: quod et interpretatio eius nominis multum iuuat: significat enim augmentum: et ideo utique venit ille: ut mortificatum granum multipliciter surgeret: hoc est augere populum dei: tamen ex eo quod iam nostis contigisse de Ioseph: veniat in mentem a fratribus venditus: veniat a suis exhonoratus: apud alienigenas exaltatus: et intelliges: in cuius grege esse debeamus simul cum illis qui iam dirigunt cor suum: ut lapis reprobatus ab edificandis fiat in caput anguli: tenens duos parietes de diuerso venientes: sed in angulo concordantes. **Qui sedes super cherubim:** Cherubim sedes est glorie dei: et interpretatur plenitudo scientie: ibi sedet deus in plenitudine scientie. Licet intelligamus cherubim sublimes esse celorum potestates atque virtutes: tamen si vis eris cherubim. Si enim cherubim sedes est dei: audi quid dicat scriptura: Anima iusti sedes est sapientie. Quomodo inquis ero plenitudo scientie: Quis hoc implet: Habes vnum impleas: Plenitudo legis caritas: Noli per multa ire atque distendi. Terret te ramorum diffusio: radicem tene: et de magnitudine arboris noli cogitare. Sit in te caritas: et necesse est plenitudo scientie consequatur. Quid enim nescit que caritatem scit: Quandoquidem dictum est: de caritas est. **Qui sedes super cherubim appare.** Ipsi enim errauimus: quod non apparebatur: Appare. **Coram Effrem et Benjamin et Danasse.** Appare inquam coram gente iudeorum: coram populo israel. Ibi enim Effrem: ibi Danasses: ibi Benjamin. Sed interpretationem videamus: Effrem fructificatio: Benjamin filius dextere Danasses oblitus. Appare enim coram fructificato coram filio dex-

Alia lra.
manifestare.
Effraim.

tere: appare cum oblitus: ut iam non sit oblitus: sed venias illi in mentem que liberaasti. Si enim gentes commemorabunt: et conuertentur ad dominum vniuersi fines terre: populus ipse de Abraam veniens: non habuit parietem suum qui gaudeat in angulo cum scriptum sit: Reliquie salue fient: **Excita potentiam tuam:** Nam infirmus eras quomodo dicebat: Si filius dei est descendat de cruce. Nihil valere videbar: prevaluit super te persecutor: et demonstraui hoc antea: quod et Jacob ipse prevaluit angelo in luctando. Quando nisi vellet angelus: Et prevaluit homo et victus est angelus: et victor homo tenet angelum: et dicit: Non dimittam te nisi benedixeris mihi. Magni sacramentum et statum victus: et benedixit victorem: **Uicit:** quod voluit: carne infirmus: maiestate fortis. Et benedixit: vocaberis inquit israel: **Letigat tibi et femoris latitudinem et aruit:** eundemque hominem unum fecit et benedictum et claudum. Videt claudicasse populum iudeorum: vide et ibi et benedictum genus aploz. **Excita ergo potentiam tuam.** Quod diu videris infirmus: **Crucifixus** ex infirmitate: resurge in virtute. **Excita potentiam tuam. Et veni: ut saluos facias nos.** **Deus conuerte nos:** Auersi enim sumus a te: et nisi tu conuertas non conuertemur. **Et illumina faciem tuam et salui erimus.** Nam quid ille obscuram habet faciem: Non habet obscuram faciem: sed opposuit ei nubem carnis: et tanquam velum infirmitatis: et non est putatus ipse cum penderet in ligno: agnoscendus cum sederet in celo. Nam ita factum est. Presentem in terra christum: et miracula facientem non agnouit asaph: mortuum tamen post ea quod resurrexit et ascendit in celum: agnouit conpunctus est: dixerat et de illo totum hoc est testimonium quomodo agnoscerem in hoc psalmo: **Illumina faciem tuam et salui erimus.** **Obtextisti faciem tuam et egrotauimus:** illumina illam et salui erimus. **Bone deo virtutum:** usquequo irasceris in oratione serui tui. Nam serui tui. Irascebaris in oratione inimici tui: adhuc irasceris in oratione serui tui: **Conuertisti nos agnouimus:** et adhuc irasceris in orationem serui tui: Ita plane irasceri ut pater corriges: non ut iudex damnas: ita plane irasceris quod scriptum est: **Fili accedens ad seruitutem dei:** sta in iusticia et timore: et preparamus tuam ad temptationem. Ne putes iam transisse iram dei: quod conuersus est: transiit: sed ne daret ieternum: flagellat autem non parcit: quod flagellat omnem filium quem recipit. Si flagellari detrectas: recipi quere desideras: **Flagel-**

Alia lra.
ostende.

Alia lra.
quousque
super.

lat autē omnē filium quem recipit. Flagel-
 lat omnē qui et vnico non pepercit. Sed tñ
 q̄diu irasceris in orationem serui tui: non
 iam inimici tui. Sed irasceris in orationem
 serui tui: q̄diu: Sequit. Libabis nos
 pane lachrymarū: et potabis nos
 i lachrymis in mēsurā. Quid est i mē-
 sura: Apostolū audi. Fidelis deus qui nō
 vos permittit temptari: supra q̄ potestis
 ferre. Ipa est mēsurā p̄ vrbus tuis: ipsa
 est mēsurā vt erudians: non vt opprima-
 ris. Posuisti nos in cōtradictio-
 nem vicinis nostris: Plane factū est:
 id est d̄ asaph electi sunt q̄ irent ad gentes:
 et p̄dicarent christū: et diceret eis: Quis est
 iste nouorū demoniorū annūciator: Po-
 suisti nos in cōtradictionē vicinis nostris.
 Eum enī p̄dicabant cui cōtradicebat: quē
 p̄dicabāt mortuū resurrexisse xpm. Quis
 b̄ audiat: Quis hoc nouerit: floua res: s̄
 signa conseq̄ebant: et incredibili rei fidez
 miracula faciebāt. Contradicebat: sed cō-
 tradictor vincebat: et ex cōtradictore fide-
 lis efficiebat. Ibi tamen magna flāma: ibi
 martyres cibati de pane lachrymarū: et po-
 tati in lachrymis: sed in mēsurā: nō ampli-
 q̄ poterāt ferre: vt post mēsurā lachryma-
 rum sequeret corona gaudiorū. Et inimi-
 ci nostri subsannauerūt nos. Et vbi
 sunt q̄ subsannauerūt: Bui dictū est: Qui
 sunt isti colentes mortuū: adorantes cruci-
 fixum: Bui dictum est: Ubi ē nasus sub-
 sannantiū: Rōne nunc qui reprehendunt
 in cauernas fugiunt ne videant: Et inimi-
 ci nostri subsannauerūt nos. Sed videtis
 quid sequat. Domine deus virtū-
 tū cōuerte nos: et ostende faciē tuā
 et salui erimus. Vineam ex egypto
 trāstulisti: eiecisti gentes et plā-
 tasti eam. Nouimus: factū est. Que gen-
 tes eiecte sūt: Ammorrei: cetbei: hiebusi:
 gergesei et euei: quib⁹ expulsis et victis: in-
 troductus est popul⁹ ex egypto liberatus i
 terram p̄missionis. Unde vinea eiecta sit:
 et vbi plātata sit audiuim⁹: videam⁹ quid
 deinde factum est: quomodo creuerit: quā-
 tum creuerit: quid occupauerit. Vineā ex
 egypto trāstulisti: eiecisti gentes et plan-
 tasti eam. Quā fecisti in conspectu
 eius: et plantasti radices eius et im-
 pleuit terram. Nūquid impleret terrā:
 nisi via fieret in cōspectu eius: Que via fa-
 cta est in cōspectu eius: Ego sum inq̄t via

et veritas et vita. Merito impleuit terram.
 Hoc dictū modo de vinea ista q̄ p̄fectum
 est vsq̄ in finem: Verūtamē quid prius:
 Operuit montes vmbra eius et
 arbusta eius cedros dei. Exten-
 disti palmites eius vsq̄ ad mare: et
 vsq̄ ad flumē pp̄pagines eius. Hoc
 desiderat officium expositoris: non sufficit
 lectoris et laudatoris: adiunuate me inten-
 dendo. Solet enī vinea huius cōmemora-
 tio in hoc psalmo caliginem facere minus
 intentis. Etenim magnitudo vinee huius
 iam a nobis explicata est: et vnde facta est:
 et vnde facta sit magna: p̄dictuz est: Quā
 fecisti in cōspectu eius: et plantasti radices
 eius: et impleuit terram. Hoc de p̄fectione
 ipius dictum est. Sed tñ p̄ma gens Judea
 fuit ista vinea. Gens autē Judea vsq̄ ad
 mare: et vsq̄ ad flumen regnauit. Usq̄ ad
 mare apparet in scriptura q̄ mare ibi vici-
 num sit: Et vsq̄ ad flumē iordanē. Trans
 iordanē enī aliquid iudeorū collocatū est:
 infra iordanē autē tota gens. Ergo vsq̄ ad
 mare: et vsq̄ ad flumen regnū iudeorū: re-
 gnū israel: nō autē a mari vsq̄ ad mare: et a
 flumine vsq̄ ad terminos orbis terre. Illa
 iam perfectio vinee est: de qua hic p̄dixit:
 Quā fecisti in cōspectu ei⁹: et plantasti radi-
 ces eius et impleuit terram. Cum tibi ergo
 p̄dixisset et p̄fectionē: rediit ad initium: de
 quo initio sit facta p̄fectio. Initū vis audī-
 re: Usq̄ ad mare: et vsq̄ ad flumē. Finem
 vis audīre: Bui abis a mari vsq̄ ad mare: et
 a flumē vsq̄ ad terminos orbis terre: hoc
 est: impleuit terrā. Videam⁹ ergo testimo-
 nium asaph: quid factum est prime vinee:
 quid est expectandū secunde vinee: immo
 eidem vinee: Ipa est enī: nō enī altera est:
 Inde christ⁹ sal⁹ ex iudeis: inde apostoli:
 inde p̄mi credētes et p̄cia rerū suarū an̄ pe-
 des ap̄loz ponētes: inde oīa h̄. Et si aliq̄ ex
 ramis fracti sūt p̄p̄ incredulitatē fracti sūt:
 tu autē p̄plus gentiū fide sta: noli altū sape-
 s̄ time. Nā si deus naturalib⁹ ramis nō pe-
 percit: neq̄ tibi parcat. Si autē altū sapis:
 nō tu radicē portas: sed radix te. Quid ḡ
 vinea an̄ cui⁹ p̄spectū sc̄tā ē via: Facta ē vt
 ipleret terrā. P̄rio vbi fuit: Opuit mōtes
 vmbra ei⁹. Qui sunt montes: Prop̄bete.
 Quare opuit illos vmbra ei⁹: Quia obscu-
 re locuti sunt. Quare futura annunciata
 sunt: Audis a prop̄betis: obserua sabba-
 tum: octauo die circūcide infantē: offer sa-

Alia lra.
 t potū dabis
 nobis in

Alia lra.
 t Extendit.

Alia lra.
 t nō habet.

Alia lra.
 t de

Alia lra.
 t dicit inerts
 fuit.

crificiū arietis: vituli: hirci noli moueri vmbra eius ē cooperiēs montes dei: veniet et post vmbra manifestatio. Et arbuta ei cedros dei: id est cooperuit cedros dei altissimas sedes dei. Sūt em cedri significātes supbos euertēdos. Cedros libani altitudines mōi: Operuit crescēdo vinea ista et montes dei omnes sanctos pphetas patriarchas. Sed quousq; extendisti palmītes eius: Usq; ad mare et vsq; ad flumen pagines eius. Inde quid? **Ut quid destruxisti maceriā eius:** Jam videtis euersam illaz gentem iudeorum: iam ex alio psalmo audistis: In dolabro et fractorio deiecerunt eaz. Quādo fieret: nisi eius maceria destrueret: Que est maceria eius? **Adunitio eius.** Extitit enim superba aduersus plantatorem suum: et seruos ad semissos et petentes mercedem: coloni flagellauerunt: ceciderunt: occiderunt: Venit et vnicus filius: dixerunt: **Hic est heres venite occidamus eum: et nostra erit hereditas:** occiderunt et extra vineam piecerunt: proiectus magis possidet vnde proiectus est. Sic ei minas per **Esaiam:** **Destruam maceriam eius.** Quare? **Expectaui em vt faceret vnam: fecit autē spinas.** Expectaui inde fructus: et inueni peccatū. Quid ergo queris o asaph: **Ut quid destruxisti maceriam eius:** Tu em nescis. Quare? **Expectaui vt faceret iudiciū: et fecit iniquitatē.** Nō erat destruenda maceria eius: **Et venerūt gentes: destructa maceria: inuasa ē vinea: ac deletum regnum iudeorū.** Hoc primuz plangit: sed non sine spe. **Be** directiōe em cordis iam loquit: id est p assyrijs: pro diripiētibus psalmus ē. **Ut quid destruxisti maceriam eius: Et vindemiant eam omnes transeuntes viam.** Quid est viam transeuntes: **Temporaliter dominantes.** **Deuastauit eam aper de silua:** Aprū de silua quid intelligimus: **Iudeis** porcus aduersus est: et in porco ponunt tanq; immūdiam gentium. **A gentibus autem euersa est gens iudea: sed rex ille qui euertit: nō tm̄ porcus immūdus: s; etiā aper fuit.** Quid eniz aper: nisi porcus seuus: porcus superbus: **Aper de silua vastauit eam: de silua gentium.** Etenī illa vinea erat: gentes autez silue erant. Sed qñ crediderunt gentes: quid dictum est: **Tūc exultabunt omnia ligna siluarū.** **Deuastauit eam aper de silua. Et singularis fe-**

Alia lra.
† qui ptergre-
diunt.
† Exterminauit.

rus depastus est eam. Quid est singularis ferus: Ipse aper qui deuastauit eam. Singularis ferus: singularis q; superbus. Hoc enim dicit omnis superbus: **Ego sum ego sum: et nemo: S; q; fructu hec: Be virtutum couertere: Quis hec facta sunt: conuertere.** **Respice de celo et vide et visita vineam istam.** **Et perfice eam quā plantauit dextera tua.** Non aliam inuitue: sed hanc perfice. **Ip̄m est enim semen Abraam: ipsum est semē in quo benedicunt omnes gentes: ibi est radix vbi portatur oleaster insertus.** **Perfice vineam istaz quā plantauit dextera tua.** Sed vbi perficit: **Et super filium hominis quem confirmasti tibi.** Quid euidentius: **Quid adhuc expectatis vt vobis disputando exponamus: et non potius vobiscuz admirando clamemus.** **Perfice vineam istam quā plantauit dextera tua: et super filium hominis eam perfice: Quem filium hominis: Quē cōfirmasti tibi: Ad agnum firmamentū: edifica quātum potes: fundamētū aliud nemo pōt ponere pter id quod positus est: quod est christus Iesus.** **† Succensa igni et effossa: ab increpatione vultus tui peribunt.** Que sunt succensa igni et effossa: que peribūt ab increpatione vultus tui: **Hideam et intelligamus q; sunt igni succensa et effossa.** Quid increpauit christus: **Peccata.** Ab increpatione vultus eius peccata perierūt. Quare ergo peccata igni succensa et effossa: **Omnia peccata due res faciunt in homine cupiditas et timor.** **Logitate discutite interrogate corda vestra: pscrutamini cōsciētias: videte vtz possint eē peccata: nisi aut cupendo aut timendo.** **Propositū premium vt pecces: id est quod te delectet facis ppter qd cupis: sed forte nō ducis donis: terrenis nimis: facis propter quod times.** **Corrumpere te vult aliquis: vt dicas: vbi gratia: falsuz testimoniū.** **Innumerabilia sūt: sed planiora ppono: de quibus cetera cōsiliaris.** **Attendisti tu deum: et dixisti i animo tuo: quid pdest homini si totum mundum lucratur: anime autez sue detrimentū patiat: Nō adducor premio: vt perdā animā meā p lucro pecunie.** **Conuertit ille se ad incutiendū metuz qui premio corrumpere non valuit: incipit minari damnum: expulsionem: cedes fortassis et mortē.** **Ibi iam si cupiditas non valuit: forte timor**

Alia lra.
† Incensa.
† suffossa.

valebit vt pecces. Porro autem si de scri-
pturis: sicut contra cupiditatē venit tibi in-
mentē: Quid pdest homini: si totū mundū
lucretur: anime autē sue detrimentū patia-
tur: Veniat etiā contra timorem in mentē:
Nolite timere eos qui corp⁹ occidūt: ani-
mam autem non possunt occidere. Qui-
cunq; te vult occidere vsq; ad corpus: et li-
cet: vsq; ad animam non licet. Anima tua
non morietur: nisi tu eam volueris occide-
re. Perimat aliena iniquitas tuam carnē:
dum seruet veritas animā tuam. Si autez
a veritate resiliaris: quid tibi ampli⁹ factu-
rus est inimicus: q̄ tu tibi ipse facis: Inimi-
cus seuiens carnem potest occidere: tu autē
dicendo falsum testimoniū animam occi-
dis. Audi scripturam: Os quod mentitur
occidit animā. Itaq; fratres mei ad omne
recte factum: amor et timor ducit. Ut faci-
as: bene amas deū: et times deū: vt autē fa-
cias male: amas mūdum: et times mūdū.
Hec duo conuertant ad bonū. Amabas
terram: ama vitam eternam: timebas mor-
tem: time gebēnam. Quicquid tibi iniquo
pmiserit mūdus: nūquid pōt dare quātū
dabit iusto deus: Quicquid tibi iusto mi-
natus fuerit mūdus: nūquid potest facere
quod facit iniquo deus: Tis audire quid
datur⁹ est deus: si iuste vixeris: Venite be-
nedicti patris mei percipite regnum quod
vobis paratum est ab origine mundi. Tis
videre quid facturus est impijs: Ite i ignē
eternum: qui paratus est diabolo et ange-
lis eius. Bene quidem tu nihil aliud vis:
q̄ vt bene tibi sit. Nam in eo qd amas: vis
vt bene tibi sit: et in eo qd times: non vis vt
male tibi sit: sed non in ea regione queris:
in qua querendum est. Festinas. Nam et si-
ne indigentia vis esse: et sine molestia. Bo-
num est qd vis: sed tolera quod non vis:
vt assequaris quod vis. Proinde illius fa-
cies delens peccata: quid faciet: Que sūt
peccata: Succensa igni et effossa. Quid fe-
cerat amor malus: Tanq̄ ignem succen-
derat. Quid fecerat timor malus: Tanq̄
effoderat. Amor q̄ppe inflāmat: timor hu-
miliat: Ideo peccata mali amoris igne suc-
cēsa sunt: peccata mali timoris effossa sūt.
Humiliat et bonus timor: accendit et bon⁹
amor: sed aliter atq; aliter. Nam et colon⁹
intercedens pro arbore que fructus nō da-
bat ne subuerteret ait: Circūfodio eum et
adbibebo copbinum stercois. Fossa signi-

ficat piam humilitatē timentis: et stercois
copbinus sordes viles p̄nitētis. De igne
autē boni amoris: ignē inq̄t veni mittere in
mūdum: quo igne inardescant spiritu ser-
uantes: et dei ac p̄mi caritate flagrantes:
ac per hoc sicut omnia iusta opera: bono ti-
more: et bono amore fiunt: sic malo amore:
et malo timore omnia peccata cōmittunt.
Ergo succensa igni et effossa omnia scilicet
peccata ab increpatione vultus tui peribūt.

Fiat manus tua super virū dex-
tere tue: et super filiū hominis quē
cōfirmasti tibi. Et nō discedim⁹
a te: Quid generatio praua et amaricās:
et que cor non dirigit suum: dicat asaph: vt
ostēdat se misericordia tua. Fac bene cum
vinea tua: perfice illam: quoniā cecitas ex
parte i israel facta est: vt plenitudo gentiuz
introideret: et sic ois israel saluus fieret: Be-
mōstrata facie tua super virum dextere tue
quem confirmasti tibi: non discedimus a
te. Quid nos increpas: Quid accusas:
Hoc fac et non discedimus a te. **Viui-
ficabis nos et nomen tuū inuocabi-
mus.** Tu nobis dulcis eris: viuificabis
nos. Nam prius amabamus terram nō te:
sed mortificasti membra nostra que sunt su-
per terram. Illud enim vetus testamentū
habēs promissa terrena: hoc videtur sua-
dere: ne gratis colatur deus: sed quia ali-
quid dat in terra: ideo diligit. Quid amas
vt deum non ames: Dic mihi: Ama si po-
tes aliquid quod ille nō fecit. Circūspice
vniuersam creaturam: vide vtrum alicubi
cupiditatis visco teneat: et a diligēdo cre-
atorem impediatis: nisi ea re quam creauit
ip̄e quem negligis. Quare autē amas ista:
nisi quia pulchra sunt: Possunt esse tam
pulchra: q̄ ille a quo facta sunt: Admiraris
hec: quia illum non vides: sed per ea que
miraris ama quem non vides. Interroga
creaturam si a seip̄a est: remane in illa. Si
autem ab illo est: non ob aliud perniciofa
est amatori: nisi quia preponitur creatori.
Quare hoc dixi: Propter versum istum
fratres. Adortui ergo erant qui propterea
deum colebant: vt eis s̄m carnem bñ esset.
Sapere em̄ s̄m carnem mors est: et mortui
sunt qui non deum gratis colunt: id est: qz
ip̄e ton⁹ est: nō quia dat talia bona q̄ danf
et non bonis. Pecuniam vis a deo: habet
et latro: vxorem: fecunditatem filiozū: salu-
tem corporis dignitatem seculi: attende q̄

multi mali habent: hoc est totum propter quod cum colis. Mutabunt pedes tui: putabis te sine causa colere: quando in eis vides ista qui cum non colunt. Ergo ista dat omnia etiam malis: se solum seruat bonis. **U**niuificabis nos: nam mortui eramus: qui terrenis rebus inherebamus: mortui eramus quando terreni hominis imaginem portabamus. **U**niuificabis nos: innouabis nos: vitam interioris hominis dabis nobis. **E**t nomen tuum inuocabimus: id est te diligimus: tu nobis dulcis eris remissor peccatorum nostrorum: tu eris totum premium iustificationum. **D**omine deus virtutum conuertere nos: et ostende faciem tuam et salui erimus.

Explicit Tractatus de ps. LXXIX.

Incipit Tractatus de ps. LXXX.

I Qui ad vos de presenti psalmo suscepimus: adiuet vocem nostram qui et vestram. Etenim aliquando est obtusior: dabit ei vires intentio audientium: et adiutorium iubentis ut loquar. **T**itulum habet psalmus iste. **I**n finem pro torcularibus quinta sabbati: psalmus ipsi asaph. **I**n unum titulum multa sunt congesta mysteria: ita tamen ut lumen psalmi indicet interiora. Cum de torcularibus locuti sumus: nemo vestrum aliquid expectet nos dicturos esse de lacu: de prelo: de fiscinis: quia nec ipse psalmus hoc habet: et ideo magis indicat mysterium. **N**am si aliquid tale psalmi contineret: non deesset qui putaret ad litteram esse accipienda torcularia: nec aliquid illic tale amplius requirendum: nec mystice aliquid positum et sacrate significatum: sed diceret simpliciter: psalmus de torcularibus loquitur. **E**t tu mihi nescio quid aliud suspicaris: nihil hic tale audistis cum legeret. **E**rgo accipite torcularia mysterium ecclesie quod nunc agitur. **I**n torcularibus animaduertimus quedam tria: pressuram: et de pressura quedam duo: unum recordandum: alterum percipiendum. **S**it ergo in torculari calcatio: tribulatio: pondus: et in his oleum eliquat occulte in gemellariis: amurca publice per plateas currit. **I**ntendite ad magnam hoc spectaculum. **N**on enim desinit deus dare nobis quod cum magno gaudio spectemus: aut circi infania huic spectaculo comparanda est. **I**lla ad amur-

cam pertinet: hoc ad oleum. **Q**uando ergo auditis contumaciter garrere blasphemos et dicere: abundare pressuras temporibus christianis: scitis enim quia hoc amant dicere: et vetus quidem: sed a temporibus christianis cepit puerbium: **N**on pluit deus: dic ad christianos: quod si hoc ista dixerunt. **I**sti autem modo dicunt: et quia pluit deus: dicant christiani: non pluit deus: non seminamus: pluit deus: non trituramus: et inde volunt superbire unde deberent amplius supplicare: eligentes blasphemare quam orare. **C**um ergo ista commemorant: cum ista iactant: cum ista dicunt: et contumaciter dicunt: non cum timore: sed cum elatione: non vos perturbent. **P**uta enim quia pressuram abundant: tu oleum esto. **I**gra tenebris ignorantie amurca insultet: et illa tanquam per plateas protecta publice insultet: tu apud te in corde tuo: ubi qui videt in occulto reddet tibi: liquare in gemellarium. **O**liua in arboribus quibusdam quidem tempestatibus agitatur: non tamen pressuris torcularis atterit: ideo vtrumque simul pendet ex arboribus: et quod percipiendum est: et quod recondendum. **A**t ubi ad torcular et pressuras ventum fuerit: vtrumque discernit: dirimit: et aliud appetitur: aliud respicit. **C**ultis nosse vim torcularium istorum: **E**t unum aliquid dicam: unde et ipsi murmurant qui ea faciunt: quante iniquunt rapine temporibus nostris: quante pressuram innocentium: quante expoliationes rerum alienarum: **I**ta sane in amurcam attenditis: quia rapiunt res aliene: in oleum non attenditis: quia pauperibus donantur et proprie. **N**on habebat antiquitas tales raptores rerum alienarum: sed non habebat antiquitas tales donatores rerum suarum. **A**liquanto esto curiosior in torculari: noli hoc solum videre quod publice fluit: est aliquid quod querendo inuenias: **D**iscute: audi: cognosce quod multi faciunt quod ex ore domini cum audisset vnus diues tristis abcessit. **E**x euangelio multi audiunt: **E**t de vende omnia que possides: et da pauperibus: et habebis thesaurum in celis: et veni sequere me. **N**on attendis quod multi id faciunt: **P**auci iniquunt sunt: ipsi tamen pauci oleum sunt: et qui bene vtuntur his rebus quas possident ad oleum pertinent. **A**duerge omnia: et videbis patrifamilias tuas plenas apothecas. **V**ides raptorem quales nunquam vidisti: vides contemptorem rerum sua-